

Andreas Daniel Habichhorst Albrecht Joachim Krakevitz von

**Andr. Daniel Habichhorst S. Th. D. ... Suo suaeque Facultatis Nomine, Magnificum Dn. Rectorem, & utriusq[ue] Reip. Primores omnesq[ue] Cives Academicos ... ad audiendam Disputationem Inauguralem Apologeticam ... Dn. Alberti Joachimi de Krakevitz ... De Statutis Non Bonis, Israeli a Deo Datis, ad locum Ezech. XX.25 ... Pro consequendis in Theologia privilegiis Doctoralibus, ad d. 5. Octobr. A. 1699. ... In Aud. Maiori, Deo sospitante, habendam, Programmate hoc publico officiose & studiose invitat**

Rostochi[i]: Wepplingius, 1699

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746613547>

Druck Freier  Zugang





49 v. 5.

49.

Fa-1092 (49.)




1. Romani Teller de Philosophismo exegetico. Lips 1790.
2. Herm. Christo. Engelkeii De sacris dictorum scripturae V. T. a manifesta perversione indicatorum. Rostoch 1720.
3. Jo. Christiani Klemmii de veritate historiae dominicae Iosephicae ex monumentis historicis usq[ue] perfidius infertis adfructa Tub 1776.
4. Jo. Friedr. Cottae specimen secundum ad Gen III, 22. Göt 1738  
 Prop. de acquiescentia Dei Patris in satisfactione Iesu Christi  
 ad Gen VIII, 21. Nezim 1738.
5. Phil. Dan. Kräuter de sensu literali promissionum Abrahami et inprimis femini eius factarum. ad Gen XII, 3, XXII, 16, Gal III, 16. Jen. 1738.
6. Jerem. Friederici de angeli redemptore Patriarchae Jacobi collectorum ad Gen XXII, 26. XVIII, 15. Hof XII, 4. Lips 1729.
7. Friedr. Guili. Stromeyer de Jacobi de ~~affinitate~~ <sup>affinitate</sup> vaticinio Gen XXI, 14. 15. Göt. 1738.
8. Jo. Rud. Andalgi de benedictione Jacobi ad Gen XXIX, 3-12 Brem 1702.
9. Henr. Scholtzius de וַיְבָרֵךְ ad Gen. XXIII, 21. Alton, 1790.
10. Prop. de ad Exod XII, 15. Lips 1736.
11. Friedr. Gerard. Kettnerus de sanguine foederis ad Exod XXIV, 8. Lips 1700.
12. Gottf. Jungf de sanctione foederis Sinaii ad Exod XXII, 9-11. Wren 1700.
13. Geor. Michael Diederichus de Candelabris Judaeorum factis ad Exod. V. Witeb. 1711.
14. Jo. Christi. Habenstreit de sacrificio a pejus offerendo ad Levit. V, 26-28. Lips 1799.
15. Sam. Andrese De adultero nunquam legedivina impunito ad Levit. XXIV, 17. Nury 1605.
16. Jo. Hart. Haefius de jurjurando. Jhesu ante praesente ad Jos. IX Göt 1737.
17. Just. Geor. Faltnerus de Verborum inter Prophetas eruditione ad Levit. XVII, 17. Göt 1700.
18. Programma ad Jos 2 Sam VII, 12 Lips 1730.
19. Christo. Sam. Schererus de Duade contra Nabalam ad 1 Sam XXV, 22 Lips 1700.
20. And. Geor. Wichardus de Endorensi Praestigiabrice. ad 1 Sam XXVIII, 16. Göt 1730.
21. Sam. de Duade, in abidarum victoria, crudelium numeru exento Göt ad 1 Sam VIII, 2. Göt 1730.

35  
34  
33  
32  
31  
4  
41  
24  
23  
11  
25  
4  
4  
16  
17  
18

22. Breth. Nebelius de Davide peccante et penitente ad Adam  
XXIV et Paralipomenis. XII. Argent. 1695 rei 1703.
23. Sam Aug. Jungkann de terra Ephraim Lips 1737.
24. Geor. Christo. Dackfeld de unctioe Elisaei ad 1 Reg. XIX, 16. Lips 1708.
25. Dau. Otto Wahrensdorfius de resurrectione Iohi cum lotera facta  
cum Paralipomenis Crasii Goth 1730.
26. Seb. Götfrid Pankei Diss. in loca quaedam Psalmorum Davidis in  
laudem regis sui et ducis Vindobonensis male adhibita Josephis  
1706.
27. Prax de regis chersinae elogium ad Pf. H. Helmst. 1713.
28. Paul Gjongjosi a Pettigen de conione D. Elper cometa ad Pf.  
XIV, 2. <sup>apud</sup> Helmst. in Viadr. 1797.
29. J. Geor. Neumannus de spe melioris vitae ad Pf. XVIII, 15. Witeb  
1701 reimp. 1716.
30. Christo. Aug. Hermann Commentarius in Pf. XXIX Goth 1790.
31. Geor. Ludov. Oederus de Pane Angelorum ad Pf. XXVIII, 25. Onid. 1730.
32. Paul Gjongjosi a Pettigen de aere cadelatro templi Exod. XXV, 3.  
Leu. XXIV, 4. Apocalyp. II, 1. Symbola Davidis ad Pf. LXXIX, 105. Lips 1790.
33. Geor. Ludov. Oederus Commentatio in Prov. XXIV. Onid. 1704.
34. Eurden Commentatio in Ies. VIII, 9. ibi 1794.
35. Joh. Friedr. Koebel de Ies. IX, 6. Grae. 1662.
36. Joh. Phil. Mefferus de Christo vero Deo ad Ies. XLV, 14, 15. Hegem  
1695. Rec. Hamb 1739.
37. Mich. Naetherus de Christo Deo abscondito ad Ies. XLV, 15. Witeb. 1690.
38. Joh. Jac. Dofius de sponsae ornate splendoris ecclesiae et I symbolo  
ad Ies. LXIX, 10. Lips 1708.
39. Joh. Mefferus de pluvia mystica ad Ies. LVI, 10, 11. Witeb. 1675.
40. Joh. Geor. Michaelis de cane symbolo Prophetico ad Ies. LVI, 10, 11. Fests. 1733.
41. Joh. Christo. Helmsfeld de Jesaiae Corp. ad III com. 19. in. D. uellben  
Lips 1707.
42. Dieth. Kern. Kemmerich de eloquentia Jeremiae ad Jerem. II.  
Lips 1703.

43. Andr. Daniel Heubühner de flatibus non bonis Israel ad  
Dro datis ad Mach XXX, 25. Post. 1699.
44. Georg. Friedr. Wiebel de juvenibus Caloribus ad Hag. XIV, 2. Jan  
1790
45. Jo. Wieh. Polleg Jonas illustratus et indicatus contra Heron.  
von der Hardt. At Halberst. 1720.
46. Carp. Gottfr. Muddinus de gloria templi secundum ad Hag. II, 10  
1561. reus Jan 1719.
47. Jon. Cas. Schramm de <sup>de gloria</sup> ~~de concordia~~ ~~de gloria~~ templi secundum ad  
Hag. II, 10. et Act. II, 1. Helmsf. 1730.
48. Prop. de sanatione in alio solo infirmitas ad Maccab. IV.  
1. ger. 1797.
49. Jur. Geor. Zeltnerus de origine sanctae Judaea per transpauca  
monte ad Zach. VI, 7. Hel. 1717
50. Jon. Cas. Schramm de Maccabaeis de resurrectione nocturna  
veritate testibus ad 2 Maccab. VII, 1. Helmsf. 1700.



44a  
**ANDR. DANIEL  
HABICHHORST,**

S. Th. D. ejusdemq; PP. & Seren. Duc. Mekelb.

Consiliarius Consistorialis, Collegiiq; Proff. Ducalium  
& FCtis Theol. Senior hodieque

**DECANUS,**

Suo suæque Facultatis Nomine,

**MAGNICUM DN. RECTOREM;**

& utriusq; Reip. Primores omnesq; Cives Academicos & quotqvot

S. literarum Studiis favent, suis qvosq; dignationibus, meritis

& virtutibus conspicuos,

ad audiendam

DISPUTATIONEM INAUGURALEM APOLOGETICAM

*VIRI Generosi, Plurimumq; Reverendi & Præcellentissimi,*

**DN. ALBERTI JOACHIMI**

de **KRAKEVITZ,**

Nobilis Mekelb. pridemq; S. Th. Candidati dignissimi, jamq;

Hebraicorum hñc Prof. Duc. designati,

DE

**STATUTIS NON BONIS,**

ISRAELI à DEO DATIS,

*ad locum Ezech. XX. 25.*

In Apologia Aug. Conf. sub Rubr. *de votis Mon. p. 283.* allegatum

& à Pietistis impugnatum,

*Pro consequendis in Theologia privilegiis DOCTORALIBUS,*

*ad d. 5. Octobr. A. 1699. horis ante & pomerid.*

*IN AUD. MAJORI, DEO sospitante, habendam,*

Programmate hoc publico officio & studiose invitatur.

Rostochl, Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

**L**uctuosa pro! nostræ Lutheranorum Ecclesiæ facies  
 hodie est, quam dolenter intuemur, dolentius de-  
 plorare tenemur. Quis enim ignorat, in gremio il-  
 lam suo inter alios heterodoxias labe notatos etiam-  
 num videre, qui vafro dum multiloquio nos à vitæ pere-  
 nis regniq; gloriæ desiderio ad Chiliaficum aliquod idemq;  
 terrenum Christi regnum, à Scripturis *Hebræis* ad visiones  
 ac revelationes novas, à vero & infucato pietatis studio ad Qua-  
 kerizantem Pietismum amandare & deducere student, libros  
 simul Ecclesiarum nostrarum Symbolicos vel Normales &  
 Confessionales, tanquam scripta erroribus scatentia (licet illa  
 hæctenus repagulorum instar habuerint, quibus luxuriantes  
 animi, quò minus in vagam sentiendi licentiam diffuerent,  
 sunt restricti) traducere, horumq; autoritatem reverenter hæ-  
 ctenus observaram reddere suspectam moliuntur, stolidè non  
 tantum prætendentes, majori se luce præditos, veritatem hæ-  
 ctenus ab Antecessoribus ignoratam penitus indagare, sed eò  
 quoq; nunc audaciæ procedentes, ut convitia undecunq; in  
 Confessionales hos libros conquirant, inq; erroribus illorum  
 exaggerandis nimio operè occupati, indignum Christiano ho-  
 mine, ad serviles hujusmodi Concordiæ formulas adstringi,  
 nefariè contendant. Quos inter *M. Job. Jac. Zimmermann* haut  
 ultimo mihi loco nominandus est, antehac apud Würtenber-  
 genes Pastor, sed propter Chiliasticos errores ab officio remo-  
 tus, cæteroque Mathematicus, dum viveret, longe præcellen-  
 tissimus: hic enim à Fautoribus ante novennium eximie mihi  
 commendatus, Hamburgo accedebat, & per octiduum apud  
 me divertens, Professionem hic Mathematicum ambibat, quam  
 certè etiam favente tunc primario Consule exambiisset, nisi  
 conatus ejus Chiliastici hic tempestive fuissent revelati, ipseq;  
 convitiis (quamvis joculari tunc videretur) in libros hosmet  
 Symbolicos me præsentè evomit se prodidisset.

Sicut autem severiorem censors hi censuram meren-  
 tur: ita & laudandos Ecclesiæ Doctores judicamus, utpote

in speculis constitutos, qui talismodi Fanaticorum studiis e-  
lenctica opponere scripta, iisq; Studiosæ juventuti aliisq; ut  
sibi ab hismet seductoribus caveant, fideles esse autores non  
pigrantur.

Cum ergo hætenus eodem fine in Universitate quoq; no-  
stra, jussu venerabilis Collegii FCTis nostræ, inter alia cum de  
*Gbitiasmo subtili*, tum de *revelationibus arcanorum* pariter ac  
aliis *Pietistarum conatibus*, à nostrismet Candidatis, in Dispu-  
tationibus publicis inauguralibus fuerit actum, non abs re fo-  
re censebam, si præsentis quoq; Candidato in rubrica Pro-  
grammatis hujus invitatorii commendato, inauguralem Deo  
volente jussuq; nostro Disputationem concinnaturo, *Exegesis  
controversæ maxime loci*, apud *Ezechielem* cap. XX. v. 25. extan-  
tis, consensu R. FCTis meæ, injungerem: siquidem *Zimmer-  
mannus* jam dictus, aliq; Pietistæ, librorum Confessionalium  
nostrorum contemtores, in Disputatione, quam solenniter  
indicimus, Sect. I. memb. I. nominati, locum illum in *Apo-  
logia Confessionis Augustanæ*, sub rubrica de *Vois Monasticis* p. 283.  
perversè allegatum esse contendunt, dum Apologia illum de  
ipsa lege divina intelligit ita habens: *DEUS ne sua quidem legi  
hunc honorem tribuit, quod mereatur vitam eternam, sicut clarè  
dicit apud Ezech. c. 20. 25. Ego dedi eis præcepta non bona, & ju-  
dicia, in quibus non vivent*, qui potius ex illorum sententia, suf-  
fragante Lutheri scholio, de humana & idololatrica doctrina  
fit accipiendus, uti prolixius illa adversæ partis molimina  
Dn. Candidatus noster in Disp. sua recenset, qua ipsa vindic-  
ias verborum Apologiæ ipsiusq; loci decrevit.

Ad natales verò ejus quod attinet (ut absq; ambagibus curri-  
culum vitæ studiorumqve VIRI pro more in Programmatibus recen-  
sendum ordiamur) *Gecezinum* illos dedit, quod in Districtu Stargar-  
diensi Ducatus Mekelburgici Nobile est feudum, à Civitate Neo-  
Brandenburgo milliari distans uno: illud enim An. 1674. d. 28. Maij  
nascentem excepit nostrum, qui familiæ perquam generosæ pariter ac  
celebratæ originem debet. Patrem enim veneratur *Generosum*

) ( 2

ma-

maximèqve strenuum *Dn. Bartholdum Fridericum de Krakeviz*,  
Hereditarium in Gevezin, Præfectum quondam legionis in hospi-  
tius militaribus designandis, adhuc per DEI gratiam vitali aurâ ve-  
scentem; Matrem verò habuit generis nobilitate virtutumq; gravitate  
conspicuum, *Elisabetham de Engeln*, Generosi quondam fortissimiq;  
*Dn. Hans von Engeln* Chiliarchæ quondam Svedici & Hereditarii in  
Gevezin, Laps & Podewal filiam, quæ diem suum nuper demum nem-  
pe Ao. 1694. obiit. Avum verò paternum sortitus est Virum Genero-  
sum & Latine Græcèq; doctum, *Dn. Albertum de Krakeviz*, Heredita-  
rium in Frizo & Upatel, anno demum 1693. m. Majo denatum.  
Proavum deniqve paternum nactus est Virum perquam Genero-  
sum, Maximeq; Reverendum & Excellentissimum, *Dn. Barthol-  
dum de Krakeviz*, S. Theolog. Doct. ejusdemqve in Academ.  
Gryphiswaldensi Prof. prim. celeberrimum & Pomeraniæ cite-  
rioris Superint. generalem, Hereditarium in Præsenz, Frizo & U-  
patel, nobilem ex illustri Rûgia Pomeranum (prout Matricula  
FCTis nostræ ipsum describit) A. C. 1607. ætatis 21. præviâ Disput:  
inaug. de primatu Papa, Decano *D. Eilbardo Lubino* apud nos pro-  
motum; qui filius fuit *Dn. Victoris de Krakeviz*, Hereditarii in  
Præsenz.

Ex familia tam generosa tamqve celebri indolem trahens  
nobilem Candidatus noster, Parentibus mox à DEO tanquam primo-  
genitus & alter quidam Samuel, (raro inter nobiles ordinisqve  
equestris homines exemplo) consecrabatur, eximiiqve ac fide-  
lissimis Præceptoribus, & primùm quidem in Schola *Fridlandensi*  
(quæ paterno est prædio vicina & per triennium inde ab anno æta-  
tis sexto frequentata) Rectori *Joach Francisco Schulzio*: dehinc vero hîc  
Rostochii in ædibus *M. Gottlob Friderici Seligmanni*, Phys. & Me-  
zaph. tunc Professoris & ad *D. Jacob. Archid. dein S. Theol. Lic.*  
hîc promoti, nunc *S. Theol. ap. Lips. Prof. Ord. celeberr. & ad D. Thom.*  
*Pastoris*, ab anno ætatis 9. usq; ad 13. Studiosis quibusdam, nempe *Mosi*  
*Schedio* Lusato, & *Zacharia Cordesio*, Rostochiensis, Scholæ jam Par-  
chimensis Con-Rectori; porroqve in ædibus paternis ab Ao. æta-  
tis 13. *Jacobo Tramizio*, Cœnobii apud Ribnizenses jam Pastori di-  
gnissimo: pratereaq; in *Lyceo Colbergeusi* per annum & quod ex-  
currit Rectori *Davidi Hollazio*, jam Ecclesiæ in Pomerania Præpo-  
sito; tandemqve rursus in ædibus paternis *Johanni Groschbio*, dehinc  
Scholæ hîc Oppidanæ Conrectori, jam beato, committebatur;

Ho-

Horum industriâ suiqve simul ingenii præstantiâ feliciter ad-  
jutus, DEO benedicente, usq; adeo crescebat, ut incrementis majo-  
ribus capiendis idoneus, Academias invisere & quidem An. 1691.  
m. Sept. ad hanc remeare Academiam abs Parente juberetur, in qua  
certè nihil eorum intermittebat, quæ partium fore suarum arbitra-  
retur. Siquidem primùm quidem *Philosophicis* (quæ Juvenem decent,  
qui viam ad solidiorem Theologiæ scientiam affectat) ductu *Simonis*  
*Henningii*, S. Th. D. & Pastoris hîc Jacobæi, perquam eruditi ma-  
ximoqve Ecclesiæ & Academiæ damno spe citius abrepti, nec non  
*M. Gorofredi Weiffii*, Græcæ tunc L. Prof. dein Theol. D. & Super-  
int. Luneburg. jam quoq; beati, uti & *M. Christiani Henr. Tielkii*, nunc  
J. U. D. & Oratoriæ hîc Prof. Publici: imò & *Historicis* curâ B. M. Gott-  
lieb *Mölleri* Gedanensis, Græc. Ling. dehinc Prof. tandemq; S. Th. D.  
& in Athenæo Patrio Philos. primæ Prof. operam navabat. In *Hebra-*  
*icis* verò mihi nunc Decano Promotori privatissimè tanta adhæsit indu-  
striâ, ut brevi tempore eximios in sanctiori literatura progressus-  
faceret, quo tempore & meo simul *Collegio Theologico* Disputatio-  
rio in *Augustanam Confessionem & Formulam Concordiæ*, Ecclesiarum no-  
strarum Symbola, Disputationibus octo & quadraginta absoluto, in-  
teresse volebat. Deinceps vero in *Theologicis* quoq; tunc Collegis  
*B. D. Sehomero & D. Job. Fecbtio*, uti & *D. Job. Nic. Quistorpio*, nec non  
*M. Paulo Pomian Pesarovio*, t. t. S. Th. Cand. jam Th. D. ejusdemq;  
ap. Regiomont. Prof. Publ. & Pastori Cathedr. Kniphofiano, uti &  
Electoralis Confist. Sambienfis Assessori, tam sedulum avidumq; se  
Auditorem præbebat, ut egregium eruditionis thesaurum sibi ab A.  
1691. usq; ad 95. adeoq; integro quadriennii spatio acquisivisse judi-  
cicaretur, illumq; simul thesaurum variis speciminibus publicis lucu-  
lentissimè iisdem adhuc annis probabat. Siquidem An. 1692. m. Jun.  
Dissertationem de *nobilitate studii Theologici* ipse Nobilis, Præside me-  
morato jam *D. Fecbtio*, masculè defendit; deinde verò An. 1694. m. De-  
cemb. sub præsidio paulò antè dicti *M. Mölleri* Gedanensis, *Disserta-*  
*tionem Historicam*, ex Collegio ejus *Böcleriano*, publicè propugnavit;  
tandemq; sub meo nunc Promotoris sui præsidio *Dissertationem*  
*Exegetico-Theologicam*, de *Lucifero, aurora filio, admirabiliter è caelis*  
*prolapso*, ex *Isai. 14. 12.* (quæ partis II. Disputationum mearum *Isaia-*  
*narum* quarta est) cum applausu publicus An. 1695. m. Apr. & pau-  
lò quidem ante abitum ex hac Universitate habendo, famam industriæ  
atqve eruditionis adauxit.

Etenim seqvente mox Majo mense dicti jam anni 1695. terras

¶ 3

quoq;

quoq; alieno sole calentes vilurus, in *Daniam* per mare excurrit, ibi-  
que studiorum profectus egregiè, tum in *Academia Hassniens*, tum  
in *Aula* quoq; *Regia* probatum ivit: illic quidem præside *D. Heßore*  
*Gotofr. Majo*, S. Th. Prof. & Concionatore Aulico celeberrimo, Di-  
sputationem Theol. à se conscriptam, de *mortificatione membrorum*  
*corporis*, ad locum Col. 3: 5. m. Decembr. cum laude propugnando  
(ut cætera studiorum ibi continuatorum documenta præteream) hinc ve-  
rò in præsentia Potentissimi & pietate pariter ac iustitiâ celebratissimi  
Regis CHRISTIANI V. nuperrimè heu! d. 25. Aug. mortalibus ex-  
esse iussi, cum gratiâ sermones aliquot sacros habendo. Gratia vero  
Optimi piq; Regis vel inde fatis elucescit, quod studiis Dn. Candidati al-  
tius provehèndis 600. planè Imperiales destinare tunc fuerit dignatus.

Hassniâ seqv. A. 1696. reversus, *Lipsiensem* quoq; *Academiam*  
adibat, ne quid intentatum relinqueret, quod augendæ suppellectili  
doctrinæ solidioris facere quiret. Quàm egregia enim augmenta ibi  
locorum studia ejus sumserint, vel inde collectu est proclive, quod dicto  
jam anno & seq. 1697. Viris undiqvâq; celebribus *D. Oleario*, *L. Utigio*,  
*L. Seligmanno*, *L. Cypriani* & *L. Schmidio* aliisq; sedulas accommodare  
aures animunq; attentum non fuerit pigratus: quod ipsum & hono-  
rifica satis testimonia, quibus tunc illum *Lipsienses* dimiserunt, eximiè  
confirmant.

Musis verò *Lipsiensibus* A. 1697. relictis, iter quoq; per viciniam  
suscepit, in quo sibi non tantùm *Aulas*, nempe *Weissenfelsensem*, *Alien-*  
*burgensem*, *Dresdensensem* & *Berolinensem*, sed & plures *Academias*, *Jes-*  
*nensem* scilicet, *Erfurtinam*, *Halensem* ac *Wittebergensem* invisere pro-  
ficium censebat.

Cum verò exitus anni illius 1697, instaret, nostram revisere  
*Academiam*, ceu primam studiorum Matrem, illiq; honoribus dehinc  
ambiendis dignum se ostensurus, sequente statim A. 1698. nova hinc &  
quidem duo eruditionis & industriæ specimina, præside *D. Job. Nic.*  
*Quistorpio*, Collega & Faut nostro perquam colendo, & prius quidem  
m. Martio de *Christo unica spe nostra*, quod decade quaestionum maxi-  
mè controversarum constat; posterius verò m. Octobr. de *Autoritate*  
*librorum Symbolicorum absoluta*, quorum ipse autor est, edere publi-  
citus non dubitabat.

Sed neqve sic speciminum cursus hinc consistebat. Cum  
enim in subsellis inferioribus subsistere nollet; sed eò majori  
studio cursuqve ad altiora contenderet, quò majora & celebriora  
Preavi

Proavi ejus supra laudati D. *Bartholdi de Krakeutz*, S. Th. Prof. apud Gryph. prim. & Superint. generalis, apud nos quoque promoti vestigia ante oculos versabantur ejus, non potuit, quin ista lecturus vestigia honores in Theologia ac potestatem alios docendi apud nos quoque ambiret. Proinde & superioris anni mense Nov. ad examen pro primo in Theol. Gradu, quem *Baccalaureatum* dicunt, ex Symbolicis Ecclesiarum nostrarum libris & controversiis eò spectantibus instituto admissus, modis se omnibus idoneum nobis ad illud ostendit, quod ambibat. Nec minùs hoc ipsum in subsequente inaugurali Disputatione pro gradu isthoc primo, *de non speranda extra Ecclesiam Lutheranam salute*, ad d. 23 Febr. anni curr. eodem Præside, D. *Job. Nic. Quistorpio*, Fctis nostræ t. t. Decano, demonstratum ivit. Unde & his solennibus cum laude præstitis, nostro consensu alios statim in collegio docere Theologico, super *B. Königii Theol. positivam* publicato, cœpit, imò in privatissimo quoque; disputatorio super *Catech. sibi Dieterici* præsidendo se exercere, simulque; in *Hebraicis* non omnino nullos erudire non intermisit.

Nec illa quidem omnia sine fructu & successu hætenus fuit conatus: Siquidem illis DEO dirigente id effecit, ut non tantum hoc anno ab Amplissimo Civitatis hujus Senatu Ecclesiæ ad Archidiaconatum Templi hîc ad D. Mariæ primarii præsentaretur: Sed ab aliis etiam bene cupientibus Serenissimo Duci Mekelburgico Regenti Du. FRIDERICO WILHELMO, Acad. hujus Patrono & Cancellario simul Magnificentissimo, de meliori commendaretur: Licet verò illic, habitâ cum laude singulari probatoriâ concione, non ipsum, sed alium, nempe *R. Johannem sensium*, Ecclesiæ Furstenbergensis Pastorem, inde ab A. 1676. ad eoque; per 23. annos & quod excurrit egregiè meritum, & ante annos 25 Auditorum & Respondentem meum perquam industrium (cui jam antè hîc præter spem audito facta erat promissio) in electione Archidiaconi fors tangeret; hîc tamen Serenissimus eundem non præteribat, sed paulò post, ad majorem illum dignitatem evecturus, præcipuam in Fcte Philosophica Professionem (qua per viginti pluri annos *Augustus* noster *Varenius* cum laude immortalis ante Theologiam fuit hîc functus) nempe *Hebraicorum* decernere ipsi dignabatur.

Cum verò Academicam hanc Professionem, priusquam gradu quodam superiori coruscaret, per Academiæ leges obire non posset, prætereaque fas esset cavere, ne Scripturas ex Ebræo fonte proponens falcem in nostram Theologorum messem mitteret; siquidem non facile Scripturas sine omni rerum Theologicarum mentione Philologus


lologus tractare potest) de gradu Is superiori in Theologia potius (quæ  
scopus proraq; & puppis ejus à teneris est) quàm Philosophicâ sollicitus  
ex consilio bene cupientium meritò fuit. Quia finis & superiori Augu-  
sto mense nomen mihi, FCTis Theol. p. t. Decano, decenter professus  
est, paulòq; post desiderium quoque suum per literas ad venerabile  
FCTis meæ Collegium more consveto & modestè fatis exponebat.

Cum ergo jam antè, ceu relatam, in examine & Disputatione pro  
Baccalaureatu Virum se præstiterit, in Theologicis egregiè versatum,  
non potuimus quin pro eo, quem præstantioribus ingenis debemus, af-  
fectu, præsertim cum eo Is loco jamjam esset constituendus, quo alii,  
quibus à Majoribus nostris Doctorales sunt honores collati, aditum ipsi  
ad majora hinc ornamenta ac privilegia faceremus. Eapropter &  
præterito nuper septimo Septembris die denuo ad examen & qui-  
dem pro *Doctoratu* admissus, non tantum per universos Scripturarum S.  
libros, & per spatiosos historiarum Ecclesiasticarum campos cum ipso decurren-  
tibus nobis profectus ita suos hætenus quidem non obscuros, promo-  
re tamen juxta leges recepto plenius exploratos probavit, ut causas non  
reliquerit nobis, quas propter laudabili ejus proposito refragaremur.


Ut verò Candidatus noster privatim à nobis probatus, publicè  
etiam toti se Universitati ulterius probet, ejusq; applausu, læteq; adeo  
ritèq;, Doctorales in Theol. honores, studiorum illustre præmium &  
ulterius scripturas scrutandi incitamentum, reportet, *Disputationem* Is  
*inauguralem*, supra laudatam, à nobisq; injunctam, ex majorum insti-  
tuto, ad 5. Octobr. proponere DEO volente paratus est.

Quem Disputationis actum ut *Magnificus Dn. Rector*, cæteri-  
q; *Universitatis Primores Civēsq; D. O. O.* titulis omnino suis fulgidis-  
simi, uti & alii S. literarum Fautores honoratissimi, conspe-  
ctiorem præsentia reddere suâ, affectumq; sic R. FCTis nostræ  
Collegio pariter ac Generoso & Reverendo plurimum Dn.  
Candidato contestari non dedignentur, meo & Collegarum  
nomine rogo oroq;, operam daturus cum illis sedulam, ut  
nullam de omnibus singulisq; bellè vicissim merendi occasi-  
onem temerè præterlabi patiamur: Ipse etiam Candidatus  
noster propensionem eo quo decebit loco est habiturus.

P. P. Rostochi sub FCTis nostræ Sigillo, Dom. XVI.  
& XVII. post Trin. A. 1699.







the scale towards document

adhibere possimus; Talia quæ ad Historiam Curiosam spectant, si contingunt, quæ si accidunt, observanda veniunt, sic non dem in novellis, cetum minorem ad littora Maris Germanici, quem Hamburgenses ceperant, Hæc est Historia hujus næ; Sed ut dictis Colophonem imponamus, à sensu literali & phoret, quod *evomere Jonam* idem significare debeat, quod, *remittere & liberare*, id quod ex supra dictis abunde patefcit

*de Historia Josia Enigma primum & II. ubi de Josia agitur, ea-  
r fabula, Josiam repræsentat Jonas denuo & qua de Jona facta  
nuntur, dicitur filius Amithai vel veri & cum maxime impio  
, sit ergo si necesse est ut aliquid concedamus, hic nomine &  
in Josias fuit nepos Manassis, annos octo natus, cum regnare  
pius fuit 2 Chron:34.3. Jonæ Historia est literaliter intelligen-  
tempore loquitur, & plane non de Manassis nec Josia ætate, Jonas  
s libri, non Nahum, Chilkia aut alius; Non duo Enigmata de du-  
atate virtutibus distinctis, in unam contrahuntur Prophetiam,  
in distinctis viris sanctis, sed ab uno Jona; quod constructio,  
tempus eadem materia, & omnia principia Hermeneutica sua-  
quæ superius diximus, Historiam ergo tantum contexamus; h. l. cete-  
onem Jonæ respiciunt, & à vero literali sensu aberrant, allegan-  
Josias itaque Rex Judæ ab Achas usque ad Manassen & Josiam, Re-  
tus & tributarius, & optabat interitum Ninives per Medos, quo-  
oris Phraortes erat, quia jugum Regis Assyriæ Josiæ maxime mo-  
rgo fingit pl. Rever. Autor si Deus Jonam secunda vice allocu-  
le Josia intelligendum esse, & de consiliis Chilkia, Nahumi, ut  
Regnum Assyriacum per Medos interiturum esse, Non vero ut  
Sardianorum contra hostes Assyrios sædus pangat, sed potius  
Ire Niniven explicatur. pl. Rev. Autore Metaphorice de co-  
iis, ut cogitet, speretque, fore, ut Ninive deleatur per Medos,  
cogitare de Ninives interitu; Dicere de interitu illius ab  
sententia Chilkia, & Prophetarum illius temporis, ut fidem  
ias, quam assertionem literis consignaverint, publiceque  
æ. id quod ita interpretari decet ex pl. Rev. Autoris sen-  
uisse Niniven deleri debere. Ubi simul de Ninive addit, iter tri-  
e Ambitum urbis, sed determinationem temporis, illum tres di-  
bulando per urbem, & prædicando; quod utrumque tamen tam  
mbulationis tempore conjungendum est, tres dies explicantur sine  
opus, it. quadraginta dies per aliquot annos. Restat de Chrono-  
rodoticreduli h. l. & alibi, quis nimis sequitur pl. R. A. car-  
vid. Ximenii Memoria Secularis, Licht Jonæ p. 106. coll. p.  
tamen cumpietate seria Josia pugnare videtur; quod tam anxie  
Assyriæ & Ninives exoptaverit, sed excusari posse tantisper  
nos.*